



affligimur: pietatis tue uisitatione cōsole
mur **P** dominū. *lco danielis pphe*

Angelus domini descendit cum azaria
et socijs eius in fornacē: et excussit flā
mam ignis defornate et fecit mediū forna
cis quasi uentum rosis flantē. Flamma au
tem diffusa est sup fornacē cubitis quadra
ginta nouem et incendit quos reperit iuxta
fornacem de caldeis ministros regis: nec
contristauit nec quicquā molestie intulit.
Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant
et glorificabant et benedicebant deo in for
nate dicentes. *ymnū triū pueroꝝ*

Benedictus es domine deus patrum nostrorū
et laudabilis et gloriosus in secula. **E**t bene
dictum nomen glorie quod est sanctum. et lauda
bile et gloriosum in secula. **B**enedictus es in tem
plo scō tuo glē tue. **E**t laudabilis et glōsus in scā
Benedictus es sup thronum sanctum regni tu
i. **E**t laudabilis. **B**enedictus es sup sceptrum diuini
regni. **E**t laudabilis. **B**enedictus es sup sedes sup



STANDARDGRAPH
No. 9061